



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Baldinvs Gandensis Dominicanus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

morari permittas? sed suscipe in pace animam meam. Post pusillum vale singulis facto: obdormiuit in Domino. Et qui omnibus his interfuit testimonium perhibuit: & credimus eum vera testari. Anno igitur Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo migravit ad Dominum: cui est honor & gloria, laus, potestas & imperium, per immortalia sæcula sæculorum. Amen.

### B A L D V I N V S G A N D E N S I S *Dominicanus.*

*z. Aug.*

**V**T monumenta Cœnobij Gandauenfis de eo conscripta habent prius in sæculo Sacerdos fuit, qui cum bono zelo amplexatus esset institutum Fratrum Prædicatorum, grauibus temptationibus imperitus de eo deserendo cogitare cepit, hac potissimum de caussa quod annis aliquot Pastoris anteò officio functus in Ecclesia vberes fructus illi inde prouenientes in pauperes erogaret; nūc verò aliorū eleemosynas comederet, nec cuipiā, vt aiebat, subvenire valeret prius prædicare, infirmos visitare, confessiones audire, conscientias aliorum mederi, Sacra menta administrare soleret, è contra in Cœnobia sub quiete & silentio & quasi sibi soli viuere cogeretur verum cum per assiduas preces consilium à Deo peteret, & se ante Virginis aram prostrauisset, eodem quo ad vitam pristinam die reuerti cogitaret, obdormiens à Virgine Deipara bina illi pocula quorum prius insipidum vitam sæcularem, alterum conditius religiosam indicabat, porrigente admonitus in eodem B. Dominicī Sodalitio perseverat, & cum magna sanctitatis opinione obiit anno 1273.

BARBA-